

Kyrie	-	Cristóbal de Morales <i>Missa Mille Regretz</i>
Gloria	-	Cristóbal de Morales <i>Missa Mille Regretz</i>
Clamabat autem mulier	-	Pedro de Escobar
Sancta Mater, istud agas	-	Francisco de Peñalosa
O Crux, Ave spes unica	-	Cristóbal de Morales
Ne reminiscaris, Domine	-	Francisco de Peñalosa
Credo	-	Cristóbal de Morales <i>Missa Mille Regretz</i>

INTERVAL

Lamentabatur Iacob	-	Cristóbal de Morales
Sanctus	-	Cristóbal de Morales <i>Missa Mille Regretz</i>
Emendemus in melius	-	Cristóbal de Morales
Vox dilecti mei	-	Martin de Rivaflacha
Nigra Sum	-	Francisco de Peñalosa
Hortus conclusus	-	Rodrigo Ceballos
Agnus Dei	-	Cristóbal de Morales <i>Missa Mille Regretz</i>

Kyrie

Kyrie, eleison
Christe, eleison
Kyrie, eleison

Gloria

Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis.
Laudamus te, benedicimus te,
adoramus te, glorificamus te,
gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam,
Domine Deus, Rex caelestis,
Deus Pater omnipotens.
Domine Fili unigenite, Iesu Christe.
Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris,
qui tollis peccata mundi, miserere nobis;
qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.
Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus,
tu solus Altissimus, Iesu Christe, cum Sancto Spiritu:
in gloria Dei Patris.
Amen.

Clamabat autem mulier

Clamabat autem mulier Cananea ad Dominum Iesum dicens:
Domine Iesu Christe, fili David adiuva me:
Filia mea male a daemonio vexatur.
Respondens ei, Dominus dixit:
Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt domus Israel.
At illa venit, et adoravit eum, dicens:
Domine, adiuva me.
Respondens Iesus, ait illi:
Mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.

Sancta Mater

Sancta mater istus agas,
crucifixi fige plagas
cordi meo valide.

Tui nati vulnerati,
tam dignati pro me pati,
vim amoris imprime.

Fac me vere tecum flere,
crucifixo condolere,
donec ego vixero.

Iuxta crucem tecum stare,
te libenter sociare
in planctu desidero. Amen.

O Crux, Ave spes unica

O Crux, ave spes unica
Oredemptoris gloria:
Auge piis iustitiam,
Reisque dona veniam

Ne reminiscaris

Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra vel parentum nostrorum,
neque vindictam sumas de peccatis nostris, Domine Deus noster.

Credo

Credo in unum Deum,
Patrem omnipotentem,
factorem caeli et terrae,
visibilium omnium et invisibilium.
Et in unum Dominum Iesum Christum,
Filium Dei unigenitum,
et ex Patre natum ante omnia saecula.
Deum de Deo, lumen de lumine,
Deum verum de Deo vero,
genitum, non factum, consubstantialem Patri:
per quem omnia facta sunt.
Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis.
Et incarnatus est de Spiritu Sancto
ex Maria Virgine,
et homo factus est.
Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato;
passus et sepultus est,
et resurrexit tertia die,
secundum Scripturas,
et ascendit in caelum,
sedet ad dexteram Patris.
Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos,
cuius regni non erit finis.
Et in Spiritum Sanctum,
Dominum et vivificantem;
qui ex Patre Filioque procedit.
Qui cum Patre et Filio
simul adoratur et conglorificatur:
qui locutus est per prophetas.
Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam.
Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.
Et exspecto resurrectionem mortuorum,
et vitam venturi saeculi. Amen.

Lamentabatur Iacob

Lamentabatur Iacob de duobus filiis suis:
Heu me, dolens sum de Ioseph perduto,
Et tristis nimis de Benjamin,
Ducto pro alimoniis.

Precor caelestem Regem,
ut me dolentem nimium
Faciatur eos cernere.

Prosternens se Iacob vehementer cum lacrimis
pronus in terram, et adorans ait.

Precor caelestem Regem,
ut me dolentem nimium
Faciatur eos cernere.

Sanctus

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt caeli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.
Benedictus qui venit in nomine Domini.
Hosanna in excelsis.

Emendemus in melius

Emendemus in melius,
Quae ignoranter peccavimus:
Ne subito praeoccupati die mortis,
Quaeramus spatium paenitentiae,
Et invenire non possimus.

Attende Domine et miserere,
Quia peccavimus tibi.

Tenor: Memento homo, quia pulvis es,
Et in pulverem reverteris.

Vox dilecti mei

Vox dilecti mei pulsantis en dilectus meus loquitur mihi; aperi mihi soror mea.
Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa? Lavi pedes meos, quomodo
iniquinabo illos? Surge propera, amica mea. Surrexi ut aperirem dilecto meo. Pessulum
ostii mei aperui dilecto meo. At ille declinaverat atque transierat.
Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Quaesivi et non inveni illum, vocavi
et non respondit mihi. Adiuro vos, filiae Ierusalem, si inveneritis dilectum meum, ut
nuntietis ei quia amore langueo.

Nigra sum

Nigra sum sed formosa, filiae Ierusalem; ideo dilexit me rex et introduxit me in cubiculum suum.

Hortus conclusus

Hortus conclusus soror mea, sponsa mea, et fons signatus. Aperi mihi, O soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Surge propera amica mea et veni. Veni speciosa mea, ostende mihi, faciem tua. Favus distillans labia tua, mel et lac sub lingua tua. Veni, sponsa mea, veni coronaberis.

Agnus Dei

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi:
dona nobis pacem.